



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118529

Caput XVII. De Sacramento Pœnitentiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](#)

Sæcul. XVI sterio initientur, quemadmodum per Con-
A.C. 1548. cilium Aurelianense constitutum est. Non
tamen censemus, propterea parvulos ab
hoc Sacramento repellendos esse, cum
Christus ipse non dubitarit eis manus im-
ponere, non enim legem hic damus Eccle-
siis. Minister autem hujus Sacramenti sit
Episcopus, id quod consensu totius Eccle-
siæ Catholicæ, & Apostolorum praxi
comprobatur.

CAPUT XVII.

De Sacramento Pœnitentia.

*Christus instituit pœnitentia Sacra-
mentum, quod post Baptisma sit nobis
tanquam secunda tabula in naufragio:
in hunc enim usum tradidit clavem sol-
vendi inquiens: Accipite Spiritum san-
ctum, quorum remiseritis peccata, re-
mittuntur eis. Simul ac enim peccato-
rem peccati sui pœnitet vere, idemque
cum fiducia accedit ad Thronum miseri-
cordiae, & credit hoc Sacramento acci-
pi, quod Christus promisit, fit ei, sicuti
credit: nec deest Sacramento huic, quod
promissum est. Sed quia tamen Sacer-
dos non solum habet potestatem remitten-
di, verum etiam ligandi, cum utraque
simul divinitus tradantur, videtur ente-
nus potestatem judicandi accipere, qua-
tenus hanc utriusque clavis potestatem ac-
cipit;*

Ioan. 20.

cipit: nec eam exercere posse, nisi in- Sæcul. XVI.
telligat, utrum remittere, an retinere A.C. 1548.
debeat. Tale autem judicium non potest
aliunde, quam ex Confessione oris, &
peccatorum enumeratione bauriri: nam
cum pleraque hominum delicta si-
ne teste committantur, occulta autem
crimina animam etiam saudient, atque
obsideant, ac manifestis interdum gra-
viora, & periculosiora sint: Sacerdos
de his non sane judicare potest, nisi,
qui commisit, ea recenseat, & confitea-
tur, & hæc sua quasi vulnera ipse ape-
riat. Itaque quatenus ad sananda homi-
num delicta pænitentia remedium mon-
stratum est, eatenus etiam confessio pæ-
nitentis, cum enumeratione peccatorum,
nobis commendata videtur: Nam etsi
illa satisfactio, quæ culpam, & ceter-
nam pænam expiat, soli Christo tribuen-
da est, satisfactio tamen, quæ in pæni-
tentia fructibus consistit, maxime autem
jejunio, eleemosina, & oratione, sive
a nobis ipsis suscepta, sive a Parochis,
& dispensatoribus Sacramentorum in-
juncta, si ex fide & charitate peragitur,
peccatorum caussas exscindit, & peccati
reliquis medetur, ac temporalem pænam
vel tollit, vel mitigat, & in exemplum
denique adbibetur. Sed ut ad absolutionem
Sacerdotis, in qua consistit vis Sacra-
menti pænitentia, redeamus, forma
N n 3 ejus,

Sæcul. XVI. ejus, & verbum tale esse debet, ut, qui
A.C. 1548. confitetur, audire, atque intelligere pos-
 sit, sibi virtute, merito, ac beneficio Cbri-
 sti, peccata remitti, juxta hujus insti-
 tutum & verbum: Quorum remiseritis
 peccata, remittuntur eis.

Io. 20.

CAPUT XVIII.

De Sacramento Eucharistia.

Instituit Christus Sacramentum Eucha-
 ristiae sub visibili specie panis, & vini,
 quod verum Christi corpus, & sangu-
 nem nobis præbet, & hoc spirituali cibo
 unit nos sibi ut capiti, & membris cor-
 poris sui, ut in ipso ad omne bonum enu-
 triamur, & cum Sanctis, in eorumque
 Communione augescamus per charitatem,
 unus enim panis unum corpus multi sumus,
 omnes, qui ex uno pane participamus,
 inquit Paulus: Forma autem hujus Sa-
 cramenti, sunt verba illa solemnia,
 quæ Christus ipse dedit: Hoc est corpus
 meum, & iterum: Hic est enim Calix
 Sanguinis mei &c. quod si igitur Christo,
 & verbo ejus tantum tribuimus,
 quantum debemus, dubium non est, quin
 simul, ac verba eadem accedunt ad panem
 & vinum, ex his fiat verum corpus, &
 verus Sanguis Christi, quatenus panis,
 & vini substantia in verum Christi cor-
 pus, & sanguinem transmutatur: quod
 qui